





~~D. X. 92.~~

U. 68 (4.)

~~H. F. u. 68.~~

Emb. 11. 2. 6

Table des Ouvrages contenus dans ce Volume C.

1. Bazon. (J. A.) Eloge historique de l'université de Paris, latin, français, et avec des remarques
discours prononcé aux écoles de médecine le 11 8bre 1770.
2. Guerin. (F. M.) Mandatum ob recens natum Sereniss. Burgundiae Ducem.
3. Le Bel. (M. F.) Mandatum rectoris
4. Mandatum rectoris
5. Le Bel. (M. F.) Mandatum rectoris
6. id Mandatum rectoris
7. Hamelin. (P.) Mandatum rectoris.
8. id Mandatum rectoris
9. id Mandatum rectoris
10. Jacquin. (S.) Mandatum rectoris
11. id Mandatum rectoris
12. id Mandatum rectoris
13. Cogier. (F. M.) Mandatum rectoris ob dilatam Scholarum instaurationem.
14. Guerin. (F. M.) Mandatum rectoris
15. id Mandatum rectoris
16. id Mandatum rectoris
17. id Mandatum rectoris pro consecratione regis
18. Doujad. (Joan.) Panegyricus Ludovici magni obres hoc anno regni XLI praeclare gestas.
19. Broucher. (P.) Panegyricus Augustiss. Delphino dictus Lutetiae Parisiorum in collegio
Charomontano Ann. 1662.
20. Schoepflinius. (Jo. D.) Panegyricus Ludovico XY.
21. Crevier. (J. B. L.) Oratio in restitutam regis valetudinem habita in instauratione Scholarum
Collegii Dormano-Bellovacii. 1744.
22. Le Roy. (Chr.) Divi caroli magni, regis Francorum et Occidentalium imperatoris laudatio

23. Geoffroy (J. B.) De amore Patriae oratio.

24. Petit (Ludov.) Oratio de iis quae ad eloquentiam, tum sacri, tum profani codices
conferunt, praesidiis habitae =

25. Hauvilliers (J.) Ludovico victori moderato oratio.

26. Manque

27. Geoffroy (J. B.) Ex bello quod anno proxime elapso gestum est, gerendi hoc anno belli
quale omen repeti possit Oratio.

28. De Palmeus Pœ Estampe iconologique en forme de Médaille, dont le type représente le
es fils Des intéressement dessinée et gravée par J. J. Pasquier avec la
description de cette estampe.

29. Leroy (Chr.) Quantum litteris debeat virtus oratio.

29^{bis} id Quo potissimum in instituendis pueris sublevari possit magistrorum
labor. Oratio.

30. Geoffroy (J. B.) Augustis parentibus Delphino et Delphinæ gratulatio.

31 Manque

32. Kaltor (Ant.) Oratio habita in instauratione Scholarum collegii Dormano. Bellouaci.

33. Geoffroy (J. B.) Quo loco inter cives vir litteratus habendus sit oratio.

34. Le Beau (J. L.) De pace oratio gratulatoria.

35. Kaltor (Ant.) Oratio funebris Mariae Polonorum regis filiae, Gallorum reginae.

36. Xaupi (Joseph.) Discours latin prononcé par = officii auct à la procession du recteur de
l'université, dans l'Eglise de l'abbaye royale de St Antoine avec la
traduction

37. Lacquin (Et.) Discours prononcé le jour de la procession de l'Université, à l'occasion
de la Profession de Madame Louise Marie de France (latin français)

38. Xaupi (Jos.) Compliment fait par = au nom de la compagnie à M^r de La Roche-
aymond au sujet de sa nomination à la chaire des bénéfices 1771.

38^{bis} Guerin (P. N.) Mandatum rectoris. Praemium eloquentiae latinae

- 39 Mauduit (F) *Utrum Vulgo plebeciorum Liberos humanioribus litteris excoli oporteat Oratio.*
- 40 Nauvilliers (J.F) *Ludovico XV regi Galliarum dilectissimo Laudatio funebris*
- 41 *Ad Supremum Senatum gratulatio post reditum habita universitatis nomine*
42. Walter (Ant) *Oratio habita in instauratione Scholarum collegii Dormano-Pellovaci*



UNIVERSITÉS DE PARIS
BIBLIOTHÈQUE DE LA SORBONNE

13, RUE DE LA SORBONNE - 75257 PARIS CEDEX 05
TEL : 01 40 46 30 27 - FAX : 01 40 46 30 44

Inv.

SIGB

Sib11

SU

Cote


U 68 in-4

1153802502









MANDATUM RECTORIS

PRO CONSECRATIONE REGIS



OS FRANCISCUS - NICOLAUS GUERIN,
Universi Studii Parisiensis RECTOR, omnibus
ac singulis tùm Collegiorum Gymnasiarchis ac
Professoribus, tùm Pædagogiorum Præfectis
aut Magistris, SALUTEM:

INSTAT propediem eventus ingens, ad quem in omnibus
Orbis Christiani Regnis, nusquàm tamen, quàm in nostrâ
Galliâ solent ardentius aspirare vota Populorum, quotiès Scep-
trum à Principe ad Principem summi Regum Dominatori,
decreta transferunt. Etsi enim in eâ Gente, ubi à primâ origine
Reges nascuntur, institutum successionis ordinem nulla sive
externa, sive domestica vis potest intercipere, statimque
plena supremæ potestatis possessio ad proximum Hæredem

certo jure devolvitur : inveteravit tamen in animis ab omni ætate constans opinio , quâ ipsi quoque Religioni suæ in Regum inauguratione partes decernuntur , si minùs ad Imperii vim , certè nè quid omninò Regum personæ desit ad venerationem , postquàm Illos Deus , præscriptâ à Se Ipso consecratione , suos in terris Legatos , suas Imagines agnoverit.

EST enim ille Reges consecrandi mos , non ab arte politicâ , sed ab Ipso Numine primùm , ut nemo nescit , institutus ; qui quidem per multa deindè sæcula obliteratus , tandem apud victores illos Gallorum Romanorumque Francos , Majores nostros , revixit , divinæ apud nos Religioni antiquitate coævus. Idem enimverò , si attendimus , idem dies Clodovæum ad Christianas Aras sacris abluendum fontibus admovit , & sanctissimo Chrismate Regem perunxit : ità ut , quotiès ad eandem unctionem accedunt novi Principes , totiès exortæ Patribus nostris beatissimæ Fidei , tanquàm novæ lucis , solemnitatis instaurari videatur. Indè totius Gentis expectata ad tantam celebritatem , quotiès recurrit , alacritas : indè accensa hodiè maximè studia Populorum , dùm sperant , ex consecratione , quæ tot antèa Principes Deo Probatos & hominibus huic Regno præstitit , non posse Regem naturâ jam eximium novâ gratiarum cœlestium accessione non optimum evadere.

ET verò qualem reversurum ad nos credimus , quem proficiscentem tot spes haud temerè conceptæ , imò tot jam collata in Suos merita deducunt ? Qui , ex quo folium conscendit , magnum novumque se præbuit Aulæ totique Genti spectaculum , Juvenis , in quo sive Privato , sive Principe nihil non ætatis perfectæ suspicias : luxûs voluptatumque Contemptor , morum Vindex , ordinis Assertor , virtutum prudens Æstimator , religionis Cultor , Patronus , Exemplum : soli vitio

metuendus; qui Sceptri jus præcipuum non in licentiâ potestatis, non in profundendi perdendique libidine, sed in impositâ assidui laboris, & omnibus consulendi necessitate constituit; qui Regnum à beneficiis non unius generis auspicatus, ità edictis hætenus edicta continuavit, ut, in quibus licuit, nullo non aliquid ex priscis oneribus detraxerit: quo non alium deniquè commemorat Historia, tam arcto Principatûs ineuntis spatio plura paterni in Suos animi pignora indulgisse. Talis Remenses ad Aras properat LUDOVICUS, novis se in nostram felicitatem sacramentis obstricturus, & novum inde Sibi nobisque à summo Numine patrocinium relaturus.

Dùm autem in augustæ festivitatis apparatus omnia veterum Regum ornamenta comportantur; dùm tota justis gaudiis exultat Gallia, passimque fervent viæ Popularium atque etiam Exterorum multitudine Remos confluentium, nos interim Galli, nos avitæ in nostros Principes fidei nunquam immemores, sequamur saltèm animo Regem, &, quâ solâ possumus, cogitatione præsentis votis Deum exoremus, nè in steriles ostentationis fumos abeat illustris pompa, sed in solidos verosque pro Regio Capite totâque Gente fructus exuberet. Regnet LUDOVICUS Suorum amore, obsequio, concordia, temporumque tranquillitate felix: *Tribuat Ei Dominus secundum cor ejus; præveniat Eum in benedictionibus dulcedinis; tribuat Ei longitudinem dierum*, ut Illius humanitate, sapientiâ cæterisque virtutibus præsens ætas & postera quàm diutissime perfruatur.

QUAMOBREM omnibus Collegiorum Gymnasiarchis ac Professoribus MANDAMUS, ut die hujus mensis undecimo suis in facellis inter Missarum solennia Orationes pro Rege fundi solitas studiosius recitari curent, ac deinde vespere preces eo

ritu celebrari, quem præscripsit Illustrissimus Archiepiscopus: in Pædagogiiis verò, ubi non est sacellum, manè & vespere recitari Psalmum *Exaudiat* cum tribus Orationibus ab Illustrissimo Archiepiscopo pariter designatis.

DEINDE, præter Ferias Sandionyfiacas, quæ in diem Lunæ hujus mensis duodecimum incidunt, VOLUMUS, diem Martis sequentem adjici, quo Academica Juventus honestæ jucunditati indulgeat.

DENIQUE, cùm propter inducias autumnales non possit natalitius Regis dies indictâ scholarum vacatione pro more celebrari, STATUIMUS, in posterum ab omni publicè docendi & discendi munere liberum fore undecimum Junii mensis diem, ut possint Alumni nostri utrumque nati & consecrati LUDOVICI XVI beneficium piè & hilariter eodem die quotannis recolere.

DATUM de Consilii nostri sententiâ in Ædibus nostris LUDOVICI-MAGNI, die mensis Julii septimo, anno Domini millesimo septingentesimo septuagesimo-quinto.

